

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Ad librum XIII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

An in Pro-
consulum
prouincijs
p
ocurato-
res.
Fuisse videri.
Duplices in
prouincijs
quibusdam
reditus.

* Quæ tamen
videtur sus-
tulisse Theo-
dosius, & in
fiscum suum
vertisse.
Vide Sym-
ma hunc
l. x. ep. 1.

παρὸν ἄρχων ἐπερίεσον. quasi Proconsules redditus collegerint ipsi in prouincijs suis. Fallacia A
verba, quæ virum doctum nuper induxerunt, non me. Planissime enim in Proconsulum etiam
prouincijs procuratores. Dio ipse docet; Εἰς πάντα, inquit, ὁμοίως τὰ ἔδν τε αὐτῶν καὶ τὰ τῶ δῆμο. id
est, In omnes gentes, tam quæ Cæsari quàm quæ populo attributæ. Atqui prouincia om-
nes populi, Proconsulum fuere. Vlpianus item de Off. procons. Sanè, inquit, si fiscalis pecunia-
ria causa sit, quæ ad procuratorem Principis respicit, melius fecerit si se absteat. cuius
vana & irrita monitio, si in Proconsulum prouincijs Procuratores nulli. Quæ ergo Dionis ver-
borum vera mens? Non alia, quàm Procuratorem in alijs quidem prouincijs omnes redditus colli-
gere, quia omnes Cæsaris fisci que sunt: at in Proconsularibus non omnes, quoniam * vestigalia
quedam vetera ipse Proconsul colligat in populi ararium usumque mittenda. Dicitur satis, si
addo, Procuratores solius rei, Rationales postea dictos, ut à prioribus illis distinguerentur. quo-
niam illi rempublicam etiam; hi solam priuatam tractabant, rationesque pecunie principalis.

I V S T I L I P S I
A D L I B R V M X I I I . A N N A L I V M
E X C V R S V S .

PAG. 213.

A.

Ratio dandæ
tessera.

Cur sic di-
cta.

Deorum no-
mina crebra
pro signo.

Suetonius
correctus.

* Solemus
enim quibus
malè preca-
mur cupi-
musq; sa-
ctum Iouem
iratum optare.
Iterum is
correctus.
Gammata
manus, Ita-
lorum ritu.
Gammati
lapides.

Tessera du-
plex.

FORMAM dandæ tessera petendæque in parte expressit Appianus IV. *Ciuium:*
Καὶ ὁ Λόλιος, inquit, ἐπειπε τὰς χλιάρχας τὸ σὺνθημα τῶν τεσσάρων ἀποδοῦναι τῷ
Καίσαρι, οἱ δὲ ἔφερον αὐτῶν τὴν ἀειδίον τὴν τεσσάρων, καὶ καὶ τὴν ἑξῆς ἔστι τὴν αὐτίκα τὸ σὺνθημα χ-
λιάρχων, ἐπιδοῦναι τῷ βασιλεῖ βιβλίον ἐφήμερον τὴν ἀειδίον τῶν τεσσάρων. Atque olim ea
data videtur sine voce, inscripta vel insculpta breui ligno; unde Tessera nomen. de quo
Polybium ad lib. VI. at sub Imp. vocale id signum. Dabant autem plerumque nomina deo-
rum, aut heroum: etiam Græci. Pausanias libro X. Cùm vtrimque à ducibus de more militi
tessera darentur, fortuitu ad oraculi verba apposita data sunt, à Thessalis Itonia Mi-
nerua, à Phocensibus gentis auctor Phocus. Etiam Persæ, si Xenophonti fides lib. VII. Πα-
ρὰ δὲ αὐτῶν. & III. ubi à Cyro tessera data τῷ δὲ σύμμαχον καὶ ἡγεμόνων. aut τῷ δὲ σωτήρ. Suetonij loci bini
non sani in hac re. alter Cal. cap. LVIII. Signum, ait, more militiæ petisse: & Caio Iouem
dante, Chæream exclamasse, Accipe ratum. ubi restituo magnanimi viri vocem litterâ ad-
ditâ, Accipe * iratum. alter cap. LVI. Solitus modò signum petenti, Priapum aut Vene-
rem dare; modò osculandam manum offerre formatam commotamque in obscæ-
num modum. Libri vet. commitamque, aut, cammatamque. Scribo, gammatamque.
Gammata manus, insertis commixtisque digitis ad formam eius litteræ: qui mos in Italiâ ex-
nunc. Sic lapides Gammati: non solùm qui insculptum Gamma habebant, sed qui litteram eam
exprimebant transuersi. Scriptor Gromaticus: Solent termini occurrere, qui lapides tam
longiores sunt quàm qui latiores sequendi: hoc est, aut si cursum dirigunt lineares, aut
si gamma faciunt transuersi. Malo etiam in Suetonij verbis, obscænum nodum, quàm mo-
dum. Facit ad lucem infamis huius signi Lampridij locus Eligabalo: Neque vniquam verbis
pepercit infamibus, cùm & digitis impudicitiam ostentaret, nec vllus in conuentu &
audiente populo esset pudor. Scies amplius tu tiro, Tesseram duplicem fuisse: vnâ quæ ad
excubias, alteram quæ ad pugnam. De postremâ Tacitus lib. III. Histor. Eadem vtrâque acie
arma: crebris interrogationibus notum pugnae signum.

B. OLIM

A

B.

OLIM arario prepositi Quaestores: notum. Caussa immutandi sub Iulio Cesare orta, anno urbis DCCIX. Quia enim absente Cesare Quaestores creati nulli, ararij cura Aedilibus duobus commissa est: nec redijt postilla ad Quaestores. Dio disertè notat lib. XLIII. Aediles ergo praefuisse videntur (non enim immutationem reperio) per annos ferè decem & septem, donec Augustus Praetorios substituit. Factum anno DCCXXVI. Dio lib. LIII. Καὶ ἐπειδὴ ζηνιάτων τῶν δημοσίων ἐδέχθησαν, ἐδάρισαν αὐτοὺς, & ἔδωκεν αὐτοῖς, ὡς τε τὴν διοίκησιν σφῶν, δύο κατ' ἔτος ἐν τῷ ἑξατηνηκότων αἰρεῖσθαι ἐκέλευσε. id est: Quoniam ararium publicum inops pecuniarum esset, quaedam mutuo sumptas in id contulit: & administrationi earum duos Praetura functos in annos singulos electos praefici iussit. Suetonius cap. XXXVI. Auctor fuit, ut cura ararij a Quaestoribus urbanis ad Praetorios, Praetoresve transfiret. Tacitus hic. Idèd in monumentis id aui historijsque, Praetores ararij, inscripti passim. Mansit ad Claudium, qui curam ararij Saturni Quaestoribus reddidit, quam medio tempore Praetores aut utique praetura functi sustinuerant, ait Sueton. cap. XXIV. Ita tamen, ut honores ijs extra ordinem permitteret, ait Tacitus, ne metu offensionum segnius consulere. Quem Dio explicat, in Claudio: Τὰς ἑξατηρίας τὰς ἐπὶ τῇ διοίκησει κατέλυσε, ἀμειβόμενος αὐτῶν καὶ τὸ ἀρχαῖον ἐπέστρεψεν, ἕχ' ὡς ἐν ἑξατηρίῳ σφῶν (ὅπερ ὅτι τὰ ἐπιπέμπων ὡς ἑξατηρίῳ καὶ ἄλλα ἐγένετο) ἀρχῆν, ἀλλ' οἱ δύο οἱ αὐτοὶ τεταράχθησαν αὐτῶν διοίκου, καὶ οἱ μὲν ἑξατηρίας ἀδύνατον ἐλάμβανον, οἱ δὲ καὶ μισθὸν ἐπέερον ὅπως ποτὲ καὶ ἔδοξαν ἀρῆσαι. id est: Praetores ararij solvens, Quaestoribus rursus antiquo more id tradidit. non tamen ut annum eorum munus esset (quod antea & in ipsis & in Praetoribus factum:) sed duo ijdem tres annos continuos eam curam sustinebant: eisque exactis Praeturas statim adipiscebantur, interdum & praemium mercedemque: proinde ac benè se gesserant. Honores ergo extra ordinem ijs dati, sunt Praeturae. Sed ipsum immutans rursus Nero, redijt non ad Praetores (non enim ita appellati amplius) sed ad Praefectos: quos è Praetorijs elegit. Itaque clarè Tacitus, Praetura perfunctos dilegit, non Praetores. Ita enim in Tacito corrigendum. Per bella tamen civilia, & Principe nullo Romae, iterum Praetores praefecti videntur: inquitque Tacitus lib. IV. Histor. Praetores ararij (nam tunc à Praetoribus tractabatur ararium) publicam paupertatem questi, &c. Insita enim admonitio facillè ostendit aliud fuisse Taciti, id est, Traiani aeo. Gellius lib. XIII. Praefectum nominat. Quod per Quaestorem dixi, inquit, intellegi nunc oportet Praef. arario. nam cura ararij à Quaestoribus ad Praefectos (ita legerim, non Praefectum) translata est. Praefuisse autem eos censeo biennium, ex hac sanctione Neronis: certè quidem ita servatum sub Traiano Plinius Panegy. de se & Tertullo: Nondum biennium compleveramus in officio laboriosissimo & maximo, cum tu nobis consulatum obtulisti. Et statim: Nobis Praefectis arario, Consulatum antequam successorem dedisti. In iure crebra mentio Praefectorum ararij, ut l. XII. De his quae ut indignis. l. XV. & XLII. De iure fisci.

De Praefectura ararij. Primò id Quaestores tractabant. Mox Aediles. Inde Praetura functi, aut Praetores.

Iterum Quaestores.

Isque extra ordinem datae praeturae.

Praefecti è Praetorijs sub Nerone.

Praetores sub Vespasiano.

Postremo denique Praefecti è Praetorijs. Qui biennium praerant.

D

C.

AD hanc Vicesimam Arriani insignis locus, lib. III. Dissertation. Epicteti, cap. XXVI. Ὁ δὲ ἀλλ' ὅτι δὴ δὲ δὲ ἀφ' ἐδῆναι ἐλάβ' ἑαυτοῦ. δεῖ τι δοκεῖτε; ὅτι τοῖς εἰκοσώταις ἐπιθυμῆι δὲναί ἀργύριον; &c. In quo loco, vide ut cacutiat vir. alia doctus. Nam vertit: Seruus in primis cupit se donari libertate. Quam ob causam? an quia desiderat pro tessera vendentibus argumentum numerare? Non sed quia opinatur, &c. Et in Notis ait, εἰκοσώταις esse qui rem emit exhibito signo aut tessera: manumissos autem emere publice frumenta potuisse exhibitâ tessera: unde Persius:

Interpretis Arriani lapsus.

— scabrosum tesserulâ far.

Somnia & nugamenta mera. Corrigo in Arriano, τοῖς εἰκοσώταις. Glossa: εἰκοσώταις, ὁ τὰς εἰκοσάδας ἀπαιτῶν,

Correctus Arrianus.

Correctus
Atrianus.

ἀπαίσις, Vicefimarius. *Verte igitur*: An quia vicefimarijs argentum dare desiderat? Idem **A**
Arrianus lib. 11. cap. 1. Ὁ ἄνθρωπος ἐν ἑρέσει τις ἐπισημασθεὶς τὸν αὐτὸν δόλον, ἐδὲν ἐποίησεν; ἐποίησε. τί; ἔσμεν ἢ
αὐτὸν δόλον. Ἄλλο ἐδὲν; ναί. Καὶ εἰκοσὼ αὐτὸν δὲναί ὀφείλει. *id est*: Cū quis seruum suum verterit
apud Prætozem, nihilne fecit? fecit. quid? vertit suum seruum. Numquid ampliùs?
Certè. vigesimam pro eo dependet. *Cicero lib. 11. ad Attic. epist. xvi.* Portorij Italiae
sublatis, quod vectigal superest domesticum, præter Vicefimam? *Hæc in manumissis.*
At in seruis receptum, ut quotiens venirent, vectigal pro ijs penderet emptor. Id Tacitus fuisse
ait, quintam & vicefimam: lectio modò sit certa. Ambigas enim iure, quoniam de hac xxv. nihil
alibi scriptum. Imò scriptum contrà: Augustum, cū pecuniâ ad bellum & nocturnos Vigiles
ei opus, instituisse Quinquagesimam venalium mancipiorum. Dio lv. in actis anni dcclx.
Τὸ τέλει δὲ πεντηκὸς ἔστι τῆς πέντε ἀνδραπόδων ἀποδοτέον ἐσθήματα. Et hercule uti aliarum rerum venalium
Centesima fuit: sic Quinquagesima mancipiorum. ausimque in Tacito reponere. * quinquagesi-
mæ. Ala quinquagesima est, de quâ in Symmacho, & infra, hoc ipso libro. Fuit & Vicefima
hereditarium, instituta ab Augusto ad ærarium militare: de quâ Dio lib. lv. actis anni dcclix.
Τὸ εἰκοσὼ τὸ τε κληροῦν καὶ τὸ δωρεῶν ἀεὶ ἀνὸς οἱ τελευτῶντες ποιοῦν, πάλιν τὸ ἐπάνω συγγενῶν ἢ ἐκ πενήτων, κα-
ταλείπει, κατεσῆσατο. Temperavit eam Nerua, & magis Traianus: de quibus multa Plinius in
Laudatione. qui omnino videndus, si vim intellegere aues eius vectigalis. postque illos Antoni-
nus Philosophus, de quo Capitolinus: Leges etiam addidit (sive edidit) de vicefimâ here-
ditatum: de tutelis. Videndus item Paullus lib. iv. Sent. tit. vi. lib. ult. c. de edicto D. Ha-
drian. toll. De Vicefima legibus primus scripsit A. Ofilius, & post eum Macer libros duos. In-
uenio & in lapidibus, PROCURATOR XX. HEREDITATIVM. item, PROMAGISTER.
XX. HEREDITATIVM. qui postremus titulus ab eo, quòd, uti è Plinio discis, publicani colli-
gebant hoc vectigal: quorum Magistri, & Promagistri. Satis. nec enim Iurifconsultorum fru-
gem demetere propositum nobis.

Vicefimæ-
quintæ ve-
ctigal in ser-
uis venali-
bus.
Quinquage-
sima vena-
lium.
* Nisi tamen
in Dione vi-
tium, & re-
scribi placeat,
πεντηκὸς ἔστι.
Vicefima
heredita-
tium.

Promagister
Vicefimæ.

IVSTI LIPSI
AD LIBRVM XIV. ANNALIVM
EXCURSVS.

A.

PAG. 238

Errant vulgò
in conuiuijs,
Tempestiuis,
& Intempe-
stiuis.



EMPVS enim ut tardè aliquando iuuentus nostra discat, quid Tempestiua con-
uiuia, quid Intempestiua. Discat, & dediscat illa quæ nuper hausit à magnis ma-
gistris. Aiunt conuiuium Tempestiuum esse, quod tempore celebretur: verbo
reque honestum: nec in vitio poni umquam, nisi in libris vitiatis. Ecce alij qui **D**
Tempestiuum nihilum differre dicant ab Intempestiuo: & in culpâ habitum utrumque. Tertium
vidi, qui conuiuia tempestiua vellet esse, quæ statis certisque temporibus præberent sacerdotes.
Inducunt, & seducunt. audite me iuuenes, & cum bono Mercurio, inite viam rectam. Legiti-
ma conuiuij hora apud Romanos priscos, Sol occasus. Saluianus libro 1. Numquid parcam il-
lam tunc agrestemque vitam cum gemitu & dolore tolerabant, cū viles ac rusticos
cibos, ante ipsos quibus coxerant focos fumerent; eosque ipsos capere nisi ad vesperam
non liceret? Itaque quia vesperè cæna: ideò prouerbij forma in Plauto, de vespere suo viuere.
Posteà autem Decima haberi cæpta. Clarè ex Cornificio ad Herennium, ubi describit hominem
vanè gloriosum lib. iv. Is ad eos quos vocauerat ad cenam non in suas ades: Itane? eamus, in-
quit, hospites. Frater venit ex Salerno. ego illi obuiam pergo, vos huc Decimâ venito-
te. Hospites discedunt, ille se raptim domum suam conijcit: illi Decimâ quò iusserat,
veniunt,

Hora cœnæ
priscis vespere-
ra.

Posteà De-
cima.